Ad hoc dubium respondeo, Primò per uerba Illustriss. Marchionis in literis Marchionalibus eodem die datis præssis pag. 11. *ubi non obstantibus contentis in inuestitura, Illustriss. Marchio confitetur uendidisse fæudum Montiscuchi, aut saltem pretium pro eo accepisse: non obstantibus clausulis in inuestitura positis. unde non tam subtiliter sunt ponderanda ea uerba, que obstare Illustriss. Marchio non uoluit: & quæ sine captione & bona fide intellecta, masculos quoscunque descendentes ordine successiuo admittunt: & istis subtilitatibus fuit renuntiatum. ut pag.* 27. *not.* 46.

Secundò respondeo, quòd hec interpretatio restrictiua, est excogitata contra naturam recti fæudi & contra regulam fæudorum: que fœminas ex pacto admittit. Vnde Illustriss. Marchio renuntiauit omni rationi, que excogitari posset contra ea: ut legitur in instrumento pag. 9. *nu.* 60. *& declaratur pag.* 27. *not.* 46. *ergo admitti non debent excogitati intellectus, & restrictiones contrariæ, quibus renuntiatum est.*

Tertiò

Tertiò respondeo, quòd donatio facta fuit quibuscunque masculis descendentibus ex masculis: & sic apparet de mente & expressa uoluntate contrahentium per pactum generale, & dictionem quibuscunque reddentem pactum ampliatiuum: quod ex sententia Bal. & aliorum restringi non potest, sed amplificationem operari debet: per text. in titu. de feu. non habente propriam naturam feu. ex quo per restrictionem sequerentur multæ inpropriationes dictionum quibuscunque & omnes, & iuris communis: quod fieri non debet, ut pag. 54. uersic. 4. respon. ubi reprobatur in improprietatum concursus, ut per Grat. consil. 9. nume. 109. & in pag. 42. uersic. secundo respon. & pag. 17. not. 12.

Quartò, quòd necessariò ea qualitas masculina intelligatur de masculis, qui ex fœmina nascuntur, probatur pag. 46. uersic. non obstat. Et ideo dictio masculis posita est tantum ad differentiam sexus fœminini, & non ad exclusionem masculorum ex fœminis: quia nullo modo potest id significare salua ratione recti sermonis ut pag. 55. uersic. Postremo. & pag. 46. uersic. tertio facit. & si restringitur, falsam efficit orationem: ut pag. 40. uersic. non obstat modo.

Quintò tollitur dubitatio, quia communis doctorum opinio est, quòd quando conceditur feudum quibuscunque masculis, censentur ad id uocati etiam descendentes ex fœmina. ut licet uidere pag. 46. uersic. secundo respondetur. & pag. 38. uersic. sexto facit & pag. 17. not. 12.

Sextò, quia dictio masculis prolata ab homine, si in una parte orationis aut concessionis appareat in ea includi masculos ex fœminis, manifestum erit, quòd masculina qualitas non fuit apposita fauore agnationis: sed fauore sexus masculini. Et cum sit declaratum, quòd hæc qualitas masculina non habeat excludere filios masculos sororum, non uideo qua ratione eam trahere debeamus: ad exclusionem masculorum ex filiabus, & propriorum descendentium ipsius Do. Georgij: ut pag. 46. uersic. secundo respon. & pag. 55. uersic. postremò. Nam dictio quibuscunque masculis ab homine prolata non restringitur ad habiles ex dispositione legis: quam hominis prouisio cessare facit. ut Paris. consil. 23. nume. 170. uolu. primo.

Postremò, sublata eadem dubitatione concludebam, quod dictio illa masculis non debet restringere donationem ad masculos masculorum, sed ad quoscunque descendentes referri, tam ex masculis quàm ex fœminis: attento maximè, quòd illa qualitas, solum fuit exclusiua fœminei sexus, & non masculini: ex eo quod ex fœminis nati essent. Cum ergo nos simus masculi, nobis donatio facta censetur. attento quod posteris perpetua remuneratio promissa fuit: Hæc late probantur pag. 46. uersi. tertio facit. & pag. 16. not. 6. & alia quæ ibi latè, & pag. & uersi. decimo.

Sed adhuc subtili sophismate mouetur dubitandi occasio. Nam instare uidetur, quòd dictio quibuscunque ratione subiecta materiæ debeat restringi ad masculos capaces successionis feudalis, & non latè intelligi: & sic quod tantum uocati censeantur masculi ex masculis, non fœminæ seu masculi ex eis. Sed quia latè respondetur. per totam secundum quæstionem, que est pag. 36. & per eam tollitur omnis difficultas,

ficulias, ideo legendo uidebitur, quòd subiecta materia feudi alterati ampliare debet & non restringere successionem ad solos masculos ex masculis: sed ad omnes etiam ex fœminis, ut scribit Parisius consil. 23. nume. 170. ubi expressè uoluit, quòd dictio quibuscunque ab homine prolata, non possit restringi: ut in pag. 41. uersic. secundo resp. & pag. 17. not. 12. imo potius extendi debet secundum Cottam in Memor. in uer. Feudum concessum, & in uer. Priuilegia cir. princ. & in dictione Quibuscunque, ubi inquit, quòd hec dictio adiecta inuestiture pro me & successoribus, facit quòd feudum transeat etiam ad legatarios, qui impropriè dicuntur hæredes allegat sing. decisio. Bald in cap. imperialem in princip. colum. pœn. de probib. feud. alien. per Feder. Alexand. consil. 193. lib. 2. & consil. 30. uolumi. 5. & Iaso. Felyn. Pichum & infinitos alios quos breuitatis causa omitto: qui omnes tenent quòd uigore istius dictionis quibuscunque, feudum transit etiam ad fideicommissarium, quia non retinet propriam naturam feudi etiam quò ad extraneos hæredes: Item confirmat And. Sicul. in. l. cum acutissimi colum. 70. uersic. ex istis. C. de fideicom. Corne. consil. 16. colum. 4. uersic. & maximè uolu. 1. Alex. consil. 9. colum. 1. uersic. nunc arguo uolu. 2. Soci. consil. 95. uolu. 1. & consil. 114. uolu. 2.

Secundò respondeo, dato (citra ueri præiudicium) quòd donatio sit solis masculorum masculis facta, tamen masculi fœminarum uocantur per pactum expressum: per quod omnes descendentes indistinctè uocantur ad successionem: & sic si fœminarum liberi non ueniunt iure donationis, uenient uocati iure pacti de succedendo: ut probatur pag. 47. quæst. 4. per totam que legatur. & pag. 48. uersic. primo per reg. & pag. 52. uersic. nono facit.

Item respondeo, quòd fœminarum filij etiam uocantur per pactum, quòd liceat Domino Georgio & suis quicquid uoluerint facere de dicto feudo: quæ uerba reddunt feudum improprium & transmissibile ad fœminas: ut not. 17. pag. 19. Paris. consil. 23. nume. 40. 41. 42. & 61. unde uigore dictæ clausulæ potuerunt Dominus Georgius & eius filij testari & dotare filias & sorores: ut pag. 60. in princip. conclusum fuit.

Sed nec fuit contentus, exurgit debili argumento: Nam etiam pactum generale quòd omnes descendentes succedant, restringi debere inquit: quia donatio, que facta est solis masculis, paciscendo quòd omnes succedant, se corrigeret: & ideo debet pactum intelligi ut non omnes succedant, sed masculi soli in donatione compræhensi, & non quicunque masculi: quæ omnia confutantur pag. 48. usque ad fin. ubi latè soluuntur his rationibus.

Primò, quia uerba pacti ampliatiua non patiuntur restrictionem: ut probatur pag. 36. uersic. primo: per text. ubi Bald. & doc. de feud. non habente prop. nat. feud. & pag. 48. uersi. secundo, & pag. 21. not. 10.

Secundò, quia descendentium appellatio latissima est, & generaliter omnes descendentes compræhendit: pag. 37. uersicul. 2. 3. 4. & 5. & aliis usque in finem. & pag. 17. not. 12.

Tertiò,

Tertiò, quia si restrictio fieret, sequeretur falsitas orationis: quia non esset uerum, quòd omnes descendentes succedant: ut pag. 40. uersicul. non obstat modo. Nec pariter quòd succedant secundum dispositionem iuris communis Romanorum uel feudi alterati & improprij.

Quartò, quia regulæ feudorum alteratorum pactionibus, per uirtutem pacti ad successionem fœminas admittunt: pag. 48. uersic. primo, & eas non excludunt: sed subordinant, ut pag. 43. in fin. & pag. 44. per totum.

Quintò, quia natura pacti est, addere aliquid donationi masculis factæ: & ideo per pactum omnes descendentes, etiam fœminæ & earum liberi sub nomine descendentes compræhensi sunt: pag. 48. uersiculo secundo, & pag. sequenti, & pag. 21. not. 20.

Sextò, quia regula exclusiua fœminarum procedit solum in fæudo proprio sine pactis: & fæudum Montiscuchi est mixtum & improprium pag. 49. uersic. tertio facit, & 43. uersi. & in hoc fæudo: & pag. 45. uersi. secundo. Et strictè intelligi debet Paris. consil. 23. nume. 29.

Septimò, quia in tali fæudo improprio qualitas masculina fœminas & earum prolem non excludit: sed tantisper remouet, donec superest masculus. pag. 52. uersiculo octauo. Et per Parisium consilio. 23. numero. 55. & pagina. 55. uersiculo postremo.

Octauò, quia expressè sunt uòcati masculi ex fœminis per relationem ad ius commune. pag. 50. uersic. nono & sequentibus: cum relatum sit in inuestitura referente cum quali. Pari. consil. 23. nume. 66. & pag. 22. not. 25. & pag. 51. uersicul. 7. & pag. 58. uersic. non obstat.

Ex quibus concluditur, quòd per pactum donationi appositum, quod donationi inest, ita fuit donatum fæudum Montiscuchi masculis, ut secundum iuris communis dispositionem omnes descendentes ex eis gradatim secundum. l. 3. C. de donationibus quæ sub modo, eidem Georgio, & eius liberis succedant.

Sed nouissimè instatur, & non sine euidenti calumnia interpretantur hæc uerba secundum iuris communis dispositionem: illa exponendo, id est, secundum iuris fæudalis dispositionem. Nam ut docuimus pag. 13. uersiculo tertio id iudicatur, fæudum contractum per obligationem iurisgentium aut iuris ciuilis iudicatur per ius ciuile: nam ex quo stipulationes interuenerunt, semper contractus intelligitur secundum ius ciuile. l. semper in stipulationibus. ff. de regulis iuris. Et quia cum dicitur ius commune, nec additur nomen, intelligitur de iure Romano. §. sed quoties non addimus Instit. de iu. natu. Et in terminis Decius. consil. 685. nume. 4. & pag. 58. uersic. non obstat.

Facilè itaque est. P. C. discussis dubiorum nubibus confirmare, fæudum Montiscuchi proprium fæudum non esse: sed alteratum, mixtum, & penè improprium, & quod à proprij ac simplicis fæudi moribus, natura, & legibus diuersum atque alienum sit: & quod eius successio ex pacto atque prouidentia tam Reuerendissimorum

 Episcop

Episcoporum quàm Illustriss. Marchionum ad fœminas & earum prolem legitimè pertineat: si quidem id confirmatum legitur pag. 17. not. 14. & pag. 43. uersic. est secunda. & pag. 43. uersi. secundo non obstat. & 45. uersic. restat.

Clausula ex certa scientia Principis, & procerum consilium, & commemoratio posteritatis faciunt, ut interpretemur beneficium Principis esse mansurum, ut pag. 16. not. 6. & 8. Grat. consil. 9. nume. 180. & 176. & 148.

Idq; maximè procedit, attento quòd originalis eius feudi constitutio atque natura uigorem fœmineæ successionis inspiret, & posterioribus speciebus ut genus insit, ac materiæ uicem posterioribus prestet: ut legitur pag. 13. uersic. feudum rectum. & pag. 20. not. 20. pag. 38. uersic. septimo facit. ac pag. 40. uersic. non obstat. & pag. 43. & 45. uersiculo quinto facit.

Tum etiam propter clausulam quicquid uoluerit faciendum: que facit feudum improprium: ut pag. 19. not. 17. Grat. consil. 9. nume. 133. ubi naturaliter conuenit feudo improprio.

Insuper, cum hoc feudum per donationem fuerit concessum, eo casu omnes admittunt fœminas ad eius successionem uocari; ut pag. 31. usque 35. & pag. 33. uersic. septimo facit.

Præsertim, quia fuit donatum à Principe, cuius liberalitas coarctanda non est, sed amplianda: ut pag. 40. uersic. non obstat. & donatio præsumitur: ut per Gratum consil. 9. nume. 148. & seq. & pag. 16. not. 3.

Tum etiam, quia in remunerationem præteritorum meritorum donatum legitur: ut pag. 31. quæst. prima. & secunda. & pag. 16. not. 5. & pag. 31. uersi. quod hec concessio: & præcedentia merita reddunt feudum irreuocabile pag. 32. uersi. 6. facit.

Accedat, quòd est feudum ligium, quod ad fœminas transit propter pactum ligiæ fidelitatis: ut per Gratum consi. 9. nu. 154. quod sit ligium, legitur pag. 10. nu. 67.

Rursus, quia posteritati ex certa scientia cum procerum consilio, ut cum effectu remunerationem accipiant, donatum est: ut pag. 16. not. 6. 7. & 8. & pag. 52. uersiculo decimo.

Et quia, omne ius cum tota curia & iure successionis translatum est in Dominum Georgium & masculinam prolem: & solum reseruatum ipsi Principi altius dominium: ut pag. 18. not. 16. & pag. 19. not. 18. & pag. 25. not. 38.

Reseruatio utiq; antiqui iuris feudi & alti dominij docet, quòd sicut directum dominium Episcopi antecessoris non habebat ius auocandi feudum à fœminea prole, ita reseruatio simplex nil plus iuris ipsi Illustriss. Marchioni, quàm haberet Reuerend. Episcopus, potuit tribuere: ut not. pag. 26. not. 40. & pag. 27. not. 48. & pag. 18. not. 16.

Amplius, ex quo hoc feudum pecunia comparatum est, omnes Doctores admittunt illud esse ad fœminas transmissibile: ut pag. 11. ex literis Marchionalibus patet: & comprobatur pag. 28. not. postremò & pag. 53. uersic. item probatur. & pag. 58. uersic. non obstat.

Inde com

Inde communis doctorum sententia confirmat, ex quo quibuscunque masculis ex descendentibus donatum est fæudum, ad quoscunque indistinctè deuolut pag. 46. uersic. tertio facit: dictio enim quibuscunq; habilitat inhabiles Grat. consil. 9. nume. 169. & pag. 38. uersic. sexto facit.

Velle per donationem corrigere pacta, quæ ei insunt, est uelle informare informantem per informatum ut pag. 36. uersic. quinto. maximè, quia compatibilia & separata non se collidunt: ut pag. 56. uersiculo quarto respon. & donatio cum qualitate masculina intelligitur: pactum separatum sine qualitate indistinctè debet intelligi pag. 50. uersic. 4. probatur. pag. 51. uersicu. 6. considerare, & pag. 56. uersic. tertio considerare.

Item, quia id quod fuit indistinctè & ampliatiuè donatum, restringi non debet: ut latè tota pag. 54. & 55.

Accedit pactum amplificatiuum, quod omnes descendentes indistinctè uocat: quod ampliat fæudi successionem, & non restringitur ex fæudi natura: ut pag. 47. usque ad fin. cum dictione quibuscunq; & alijs qualitatibus: quæ simul iunctæ prosunt, ne fiat restrictio, ut Grat. consi. 9. nu. 183. idem dictio descendentes pag. 17. not. 12.

Nemo autem inficiari potest, masculorum nomen discernere sexum uirilem à fœmineo: non autem natos à masculis ab ijs, qui nati sunt ex fœminis: cum nullus sit, qui ex fœmina non nascatur: ut pag. 36. secunda quæst. per totam pag. 20. not. 21. & pag. 33. uersi. 7. pag. 55. uersic. postremo. & pag. 55. uersi. 3. & uersi. 5. facit.

Probatum deinde est, fæudum hoc donatum fuisse retenta uetere natura fœminea, & transmißibili: ut pag. 31. & tota prima quæst. & pag. 38. uersic. 6. moueor, & pag. 38. uersic. 7. facit.

Confirmatur continuatam fuisse naturam, & ex pactis fæudum alterantibus confirmatam ab illustriß. Marchione, ut ex lectura donationis pag. 7. & toto examine apparet, & pag. 48. uersic. primo. & pag. 22. not. 27.

Docuimus donatum fæudum tanquam antiquum & rectum ac nobile, quod non potest sine culpa auferri: & contra naturam ac legem recti fæudi ablatum docuimus: pag. 17. not. 14. & pag. 44. uersi. facit usque in finem seq. pag. & pag. 13. & 43.

Iure fæudi cauetur, Dominum qui dicit fæudum nouum, id probare teneri per Pares & inuestituram: pag. 34. uersi. non obstat. & pag. & uersi. primo. Hoc autem non per inuestituram, sed per donationem sine Paribus continuatum docuimus pag. 34. uersic. non obstat circa medium.

Iudicatum & seruatum ita fuisse in uicinis Castris & fæudis cohærentibus per alios Principes pag. 20. not. 19. demonstratur.

Pactum, quod agnati non succedant, includere descendentes cognatos docuimus pag. 8. nume. 31. pag. 22. not. 26. uersic. non obstat pag. 47. uersic. non obstat.

Descendentium appellatio tam mares, quàm fœminas comprehendit: ut pag. 21. not. 23. pag. 23. not. 29. pag. 37. uersi. 2. & uersic. tertio facit. Ideo pactum omnes ad successionem uocat.

Donationem quibuſcunque maſculis factam reſtringere ſemel, & excludere ſexum fœmineum: nec rurſus reſtringi debere pag. 40. uerſic. non obſtat. pag. 37. & ſeq. uerſiculo quinto facit: & interpretatio reſtrictiua inducit dolum: & alia de quibus pag. 53. uerſiculo undecimo.

Quinimò dictionem quibuſcunque ampliare & non reſtringere, ſed prorſus impedire reſtrictionem ad maſculos maſculorum: ut pag. 17. not. 12. pag. 46. uerſic. tertio facit: & pag. 58. uerſic. non obſtat. expreſſè firmauimus, & pag. 42. uerſi. ſecundo. reſpon. & pag. 17. not. 12.

Pacta multa hoc fœudum alterantia & impedientia reſtrictionem, uideantur pag. 20. not. 20. pag. 50. uerſic. tertio facit. pag. 52. uerſic. nono facit. unde conſtat non debere iudicari ut proprium fœudum.

Regulare eſſe, quòd ubicunque pacta fœudis panguntur, ea redduntur ad omnes hæredes tranſmiſſibilia pag. 27. not. 27. pag. 48. uerſic. primo. & pag. 21. not. 20.

Maximè quia ut legitur pag. 16. not. 8. Illuſtriſſ. Marchio donauit totam curiam & ius ſucceſſionum Do. Georgio: ut pag. 19. not. 18. & pag. 18. not. 15. 16. & ſeq. Grat. conſil. 9. nume. 82.

Pactum indiſtinctè uocans omnes deſcendentes ordine ſucceſſiuo, uocat deſcendentes ex fœminis: pag. 20. not. 21. pag. 22. not. 25. pag. 23. not. 29. pag. 22. not. 24. & pag. 58. uerſic. non obſtat.

Relatio ad ius commune uocat nominatim atque exprimit etiam natos ex fœminis pag. 58. uerſic. non obſtat. pag. 48. uerſicu. primo. per reg. pag. 52. uerſic. ubi emergit. pag. 22. not. 25. & fauorabilis interpretatio, quę ad ius Romanorum ducit Grat. conſil. 9. nume. 167.

Excluſio agnatorum probat fœudum iudicari per ius authenticorum, & non per iura fœudorum: quæ illos excluderent ſine pacto. capit. primo. de duob. frat. de no. be. inueſt.

Deſcendentes maſculi poſiti in conditione, & antepoſiti filijs ſororum in eadem determinatione debent pariformiter de fœminarum deſcendentium liberis intelligi: pag. 8. nume. 34. & pag. 23. not. 29. & 30. & pag. 39. uerſiculo octauo facit.

Declaratio de maſculis ſororum facta, demonſtrat neceſſariò de maſculis fœminarum intelligi: pag. 39. uerſiculo nono facit. pag. 29. not. 30. pag. 46. uerſiculo ſecundo reſpond.

Sicut explicitè dictum fuit, quòd Dominus Georgius poſſit diſponere & teſtari in maſculos ſororum, ſic implicitè dictum cenſetur in deſcendentes filiarum: pag. 8. nu. 33. pag. 28. not. 27. ex acutiſſimi Papiniani ſententia demonſtratur.

Clauſula quicquid uoluerit faciendum, efficit ut fœudum ſit improprium & libere in dotem dari potuerit: pag. 19. not. 17. præſertim deſcendentibus: & identitas rationis ad eos extenditur; ut per Grat. conſil. 9. nume. 168. & etiam extimatum in dotem eis dari poteſt: pag. 59. uerſic. reliquum.

Maximè quia hoc fœudum eſt conuentionatum: ut pag. 26. not. 43. & ſic ad fœminas

minas transmissibile: nec denominatio recti aliquid operatur, ubi deficiunt naturalia & substantialia proprij: ut pag. 32. uersi. quarto facit, & seq.

Et si unum capitulum habet qualitatem & substantiam recti, potest ex eo dici rectum secundum quid, si aliud non habet qualitatem masculinam: non in eo potest dici inproprium. ut in titu. de feu. non habente, &c. & pag. 50. uersi. 4. probatur & pag. 51. uersic. 6. & pag. 56. & potius declaratur per aliud & ampliatur, quàm restringatur natura feudi. pag. 39. uersic. 9. facit.

Plures coniecturæ & qualitates prædictæ & aliæ faciunt feudum improprium mixtum iure contractus iudicari & transmitti; pag. 37. uersic. 7. facit: quia in eius successione idem iudicatur quod in allodialibus Paris. consil. 23. nume. 55. & fidelitas præstita pro omnibus descendentibus pag. 27. not. 53. & promissio effectualis remunerationis pag. 16. not. 7.

Donatio Principis dominium transtulit: & translatorum dominiorum acquisitio atque natura transmissibilis & perpetua est. Bald. in tit. de eo qui sibi uel hære. suis masc. l. siue possidetis. C. de proba.

Pactum est scriptum, quòd omnes descendentes secundum iuris dispositionem succedant: uelle interpretari quòd contrahentes non senserunt de omnibus, sed tantum de masculis, & non de quibuscunque masculis, sed tantum de masculis per masculinam lineam, est dicere quòd aliter gesta res fuerit, quàm scriptum: sed huic interpretationi contrahentes expressè renunciarunt: ut legitur pag. 10. nume. 65. & not. pag. 27. not. 49. ergo non est admittenda hec uana & repudiata interpretatio contra scriptum: sed standum est scripto.

Et quòd uideantur per uerba collectiua & uniuersalia pacti, uocati omnes descendentes, sicut filij sororum per uerba collectiua filij, & pariter per uerba masculi posita in conditione not. pag. 20. not. 21. & pag. 23. not. 29. & pag. 39. uersic. octauo facit. & pag. 40. uersic. non obst. cum hoc sit alteratum feudum, nec requirat expressionem, ut pag. 41. uersic. 3. respon. & pag. 45. uers. & primo.

Præfationum uerba feudum promiscuum faciunt posteritati: ut pag. 33. uersic. septimo facit, & 52. uers. decimo facit, & regulariter fœmina ad tale feudum admittitur pag. 17. not 34. & pag. 47. uersic. non obstat. & pag. 44. uersi. secundo facit. nec radix infecta excludit fœmineam prolem: ut pag. 24. not. 35. & pag. 57. uers. non obstat. 3. Pari. primo. uolu. consil. 23. nume. 131.

Seruitium per fœminam explicabile impropriat feudum, & fœminam admittit: pag. 26. not. 42. facultas testandi idem facit: & licet uideatur restricta ad filios masculos sororum, casu quo decedat sine filijs masculis, tamen etiam data fuit in filios masculos filiarum in conditione positos. §. & quid si tantum in. l. Gallus. & pag. 57. uersic. 6. & substitutio agnatorum qui non supersunt, non nocet: ut pag. 56. uers. secundo respon. & 57. uers. non obstat. quia una pars aliam declarat: ut pag. 46. uersic. secundo respon.

Dispositiones legis cum auus & l. cum acutissimi & cap. primi de duo. fra. à capitaneo

pitaneo inuestitis. interpretantur & fingunt, quòd quando quis uocat ad successionem suam filios sororum uel alios extraneos, dixerit, quòd ita demum illos uocat, si ipse nullos descendentes ex persona sua & suorum descendentium relinquat: & si hoc non sit dictum, fingunt & interpretantur fuisse dictum: sed quòd non fuerit scriptum. Nunc uero ubi dictum & scriptum legitur, quòd omnes descendentes succedant, & aperte declaratum quod succedant secundum iuris communis dispositionem, & quod filii sororum admittantur, casu quo sine filijs masculis ipse decedat, quis est qui repudiet æquissimam Papiniani interpretationem à lege & Imperatore approbatam? ut sequatur Amilpapiniani cauillationes: quæ nos perducunt ad ea, quæ de iure euidenter falsa sunt, & euidentissime ueritati & iuris scripti auctoritati aduersantur?

Item, circa pacta successionum consideranda sunt duo pacta generalia & indefinita: Primum est, quòd omnes descendentes succedant: Secundum, quòd dicti descendentes indistincte & non apposita qualitate masculina recognoscere habeant feudum: unde qui uult consequens recognitionis, uult necessarium antecedens successionis. Recognitio itaque per omnes descendentes indistincte facienda, denotat quòd pactum, quòd omnes descendentes succedant, debeat etiam indistincte intelligi de omnibus, ut pag. 8. nume. 42. & pag. 25. not. 37. nec potest dici, quòd relatio fieri debeat ad remota, id est, ad donationem: quia etiam hic tractatur de successione: & dicto dicta, est repetitiua qualitatis successionis, de qua proximè dixerant: non donationis, de qua longe ante mentionem fecerant.

Item, considerandum est aliud pactum in inuestitura: uidelicet, quòd possit dictus Georgius disponere & testari in filios masculos sororis, casu quo ipse decedat sine filiis masculis: ita quòd dicto casu, filij masculi sororum succedant, ergo isti filij masculi positi in conditione cum qualitate masculina, & prælati masculis sororis, ex iuris dispositione censentur uocati, per eam conditionem in qua sunt positi: que est interpretatiua pacti, & tanquam exceptio declarat regulam pacti etiam de filiis fœminarum loqui: siquidem una determinatio debet pariformiter determinare, & filios fœminarum in una parte instrumenti sicut in alia significare: & ita in regula, ut in exceptione retinere eundem modum significandi.

Quando feudum est transmissibile ad fœmineam prolem, dictio masculis non constituit differentiam inter masculos natos ex masculis, & masculos natos ex fœminis primi acquirentis. cap. primo. ubi Bald. Iser. Alua. Præpo. & Afflictus fol. 153 col. 4. nume. 5. sed dicendo, ego uolo posse disponere in filios masculos natos & nascituros ex sorore, ex dispositione dicti text. reseruat datam fuisse sibi potestatem contrahendi etiam in filios masculos ex filiabus suarum sororum: ut sentiunt per eum textum dicti Doctores: sed ita demum uoluit in dictos filios posse disponere, casu quo ipse decederet sine filiis masculis: ideo ea conditio & reseruatio pariter intelligi debet etiam de filiis filiarum ipsius Do. Georgij & filiorum suorum, propter unitatem determinationis, & propter. l. cum auus. & cap. fin. de duo. fra. à cap. inuest. & per dictum tex. qui uult quód in feudo transibili ad fœminas seu fœmineam prolem, dictio

masculis

masculis intelligatur etiam de masculis fœminarum: maximè quia donatio legitur facta quibuscunque masculis: & ideo uocamur per dictum text. ex sententia Bald. Præpo. Aluaroti, Isernie, & Afflicti.

Pro quo facit etiam dictum Bal. quòd si non apparet euidenter natura feudi ex noua inuestitura, iudicari debet secundum id, quòd apparet in antiqua inuestitura: ut per Bal. in l. prima. §. libertatibus. C. de cad. tol. refert, & sequitur Afflict. in cap. primo. de probi. feu. alie. per Feder. fol. 115. nu. 15. Natura enim feudorum exigit, ut in dubio restituantur antiquis possessoribus. l. 2. C. de fund. limitrophis & Castellis limitaneis. Afflict. in tit. hic finitur lex. 6. not. fol. 119. nume. 11. Maximè quando quis stipulatur: ut hic: quia feudum pertinet hæredibus iure conuentionis. l. stipulatio ista habere licere. Bal. in cap. primo. de eo qui sibi uel hære. suis masc. u.

Tantò magis, quia hoc est feudum improprium & non habens naturam recti feudi: & quia data fuit potestas Do. Georgio & descendentibus suis faciendi quicquid uellent de dicto feudo: & ipsi id fecerunt, substituendo filios sororum & dotando sorores: & quia ita seruatum fuit usu in aliis & uicinis feudis: & minimè sunt mutanda, quæ eodem iure semper ita interpretari meruerunt: nam ex quo conditio agnati est potior in feudis, quàm Domini. cap. primo. si Vasallus feu. priue. si in agnatorum præiudicium tenuit dotatio, quanto magis in Domini?

Sed quid ego tanto labore, quæ luce meridiana clariora sunt, comprobo? quandoquidem prima quæstione probaui, feudum Montiscuchi ab Illustris. Marchione donationis titulo, non per noui feudi constitutionem donatum fuisse, retenta & continuata natura antiqua transmissibili ex Episcopali inuestitura formata: que ad fœmineam prolem deuoluebat, ut pag. 31. sub resolutionis dubiorum titulo legitur.

Item, secunda quæstione pag. 36. probaui donationem factam non solum D. Georgio & liberis suis masculis, sed quibuscunque descendentibus masculis, qui non tantum ex ipso Domino Georgio & descendentibus suis masculis, sed etiam per fœminas eorum descenderent: & ita de iure tam ciuili quàm feudorum, quam etiam ex tenore inuestituræ intelligi debere necessario probaui: adeo ut nullum superstit dubium.

Tertia uero quæstione pag. 43. confirmaui feudum Montiscuchi esse donatum ut feudum rectum ex pacto & prouidentia: quod dicitur feudum alteratum & improprium, & quod est diuersum à natura, qualitate, forma, substantia, & effectu proprij & simplicis feudi: quod multi per errorem & æquiuocationem credunt idem esse proprium feudum quod rectum: & rectum quod proprium: tamen in hoc maximè differunt, quòd in feudo proprio & simpliciter sine pactis concesso, fœminæ & earum liberi nunquam succedunt: sed in feudo recto ex pacto & prouidentia, regula est, quod uirtute pacti fœminæ & alij descendentes & hæredes legitimi succedunt uirtute pacti.

In quarta quæstione probauimus, quod per pactum expressum uocati sunt omnes descendentes etiam fœminæ ad successionem feudi Montiscuchi secundum dispositionem iuris ciuilis Romanorum & iuris communis paganorum, non iuris feudalis ut pag. 47. usque ad finem. attento maximè, quòd Illustris. Marchio obligauit

Illustris.

Illustriss. Dominam eius hæredem : ut not. 48. pag. 27. & ad restitutionem pretij & damnorum simplici uerbo : ut not. 44. & 47. pag. 26. & pag. 27. not. 50. uoluit concessionem esse perpetuam. & not. 42. & 44. promiserunt Illustriss. Marchiones defendere & custodire Castrum, & bello finito restituere : si igitur passi sunt sibi auferre à militibus Regijs id, quod Castellanus Domini conseruare, & Dominus restituere finito bello tenebatur, non potest Do. Scarauello impingi, si magno labore uia iuris recuperauit à Serenissimo Rege id, quod sibi conseruandum & restituendum erat finito bello : & sibi non potuit auferri tempore pacis id, quod ei conferri debuisset, si non recuperasset.

Insuper per inuestituram & donationem fœudi Montiscuchi factam ab Illustriss. Marchione, que legitur pag. 7. ac per examen clausularum & pactorum dictæ inuestituræ probaui, quod fœudum concessum ab Illustriss. Marchione, non solum retinuit ueterem naturam, sed quod clausulæ ipsa in donatione, pactis & inuestitura appositæ faciunt, ut ipsum fœudum (etiam si non esset alia antiqua inuestitura quàm Illustriss. Marchionis) non esset uerum proprium & simplex fœudum : sed quod esset fœudum alteratum & improprium & ad fœmineam prolem transmissibile : in quo descendentes etiam ex fœminis succedunt. His confirmatis, desino. P. C. me in hac re torquere : & si à clarissimo Do. Grisellorum patrono impetrare non potui, ut bona fide (ut decebat) ueritatem agnoscerent, ut recordarentur quàm benignè eis multum de iure nostro fuerit per arbitralem sententiam remissum: rogaremq; ut non tantam fidem in suo patrocinio, potentia, & fauoribus locarent: ut arbitrarentur posse à nobis reliqua quæ eis abiudicata, nobis adiudicata fuere, eripere : uel erepta in iudicio tueri: qui tamen nescio quo munere uictus, durius semper obstitit iuri & ueritati atq; æquitati: quàm sontes illi, qui malunt in tormentis deficere, quàm ueritatem profiteri : & si illam nouerunt. aut hi qui malunt rogis flammarum absumi, quàm ortodoxæ credere ueritati. Qua ratione. P. C. si nostro iuri & uerissimis rationibus obsistat pertinatia, si iniusta auctoritas aduersetur, si cupiditas resistat, si cauillantium obscuritates iudicia remorentur, uestrum erit P. pertinaciam coërcere, auctoritati obsistere, cupiditatem freno iustitiæ compescere, & pulsis calumniantium iniquitatibus iustitiæ lucem admittere, & tenebras obscuritatum fugare: Nec existimare debetis aliter quam considerati hominis fuisse, si de ea re de qua iure iudicioq; disceptari conueniat, factis non obstitimus : eo quod constantis rectiq; hominis esse existimauimus, honestius fore iniustorum factorum occasionem declinare, & in iudiciis nullorum calumniis cedere. Non enim conueniens est nobis, qui iurati iustitiæ sacerdotes sumus, pati eius delubra factis improbis pollui, leges omnes uno uiolentiæ crimine prophanari. Aequo sanè animo tulissem, si mihi soli uis facta fuisset : meam iustè iniusto iniuriam condonare potuissem: sed qua ratione tot meos consobrinos spoliatos paternis ædibus, tot nob. matronas ob dotes ademptas lugẽes taciti audiemus ? Sed & hæc leuius ferenda essent, nisi & totius Marchiæ status fundamenta cõuelleret: dum improbat Grisellorum patronus, quæ Pari. Gra. Soc. Iuni. Goza. & alij summo labore cõprobarunt: quæ iudicio Cæsareo; & Illust

& Illustriß. Paleologa familiæ, & Illustriß. Gonzaghæ adiudicata fuere: quæ in mea causa Regius Senatus contra Regem, Camera contra Regios donatarios, Illustriß. Proreges contra omnes confirmarunt: quæ à fidelioribus aduocatis Grisellorum arbitrati iudicio diffinita ab ipsis & eorum parentibus confirmata fuere. Qua nunc estuet cupiditate, quo odio excecetur, qui non hæc uideat? Cum quanta iniustitiæ nota & suorum Dominorum dedecore Grisellos tueatur, non uideo. Cogor ego P. C. ea fidelitatis ratione, quam maiores mei meo nomine præstiterunt, quod honestum, quod tutum, quod facile, & quod possibile, non solum consulere, sed aduersus eos qui ijs contraria consulunt & faciunt, animosè, aperta fronte pugnare. Fuit ne honestum communibus dominis per temerarium consilium suadere, ut contra pacis publicæ fœdera eos, cum quibus facile agere iure poterant, spoliarent? Est ne tutum in finitimis præsidijs & rebus alienis Vasallorum suorum inimicos intrudere? non ne sicut Vasallus (si Domini sui inimicum in Castrum suum recipiat) fœudo priuatur? ita Dominus proprietate priuetur, si in domum uasalli sui intrudat eos, qui ruptis priuatæ pacis fœderibus se inimicos fecerunt? Domini enim Vasallis eorũ præstare debẽt facilem rerum suarum recuperationem non autem difficilem: possibile autem non est dominis, malè & iniustè ablata retinere sine animæ & diuinæ ultionis discrimine. Hæc sunt, quæ stylum nostrum exacuunt: non enim usque adeo estuat nobis animus recuperandarum rerum nostrarum desiderio, quàm apertæ iniuriæ iusta indignatione. Quare. P. C. id à uobis non petam, quod maximè petendum fuerat, ne de uestra prudentia, de sapientia uestra, atque iustitia dubitare uidear: hoc scilicet, ne fortè iustitiam contemnendam, ueritatem puniendam, pacis fœdera iustè uiolanda putetis, ne inimici sitis fidelitatis & industriæ nostræ, & iusta requirentibus infensi: quod Dominorum Grisellorum patronus postulare non desinit, sed hoc peto ut uassallorum uestrorum posteros Regiosque Magistratus, contra diuina humanaque iura, contra publicæ & priuatæ pacis fœdera, contra tot Imperatorum iudicia, Senatus & Cameræ Regiæ decreta, arbitrorumque iurata laudamenta partium compacta & inuestituras, & fidem à maioribus principũ obligatas, Vasallos nostros fidelissimos paternis ædibus & fæudis pulsos, qua solent optimi iudices (quales uos estis) clementia audiatis: Et si causam nostram æquitatis præsidio subnixam esse cognoueritis, si iuri consonam animaduertetis, ut ea quæ gerimus regia nostrarum ornamenta uirtutum, & quod à Serenissimo Henrico commendati per epistolam fuerimus, potius adiumento quàm detrimento causæ nostræ sit: & neue moram ulteriorem in iudicanda re perspicua faciatis: sed quemadmodum unius hominis malo consilio eiecti fuimus, sic iusto totius Senatus decreto restituamur: uel quod diu desiderauimus, ut Principali munificentia sine ulteriori lite plenius uestro consilio atque auxilio nobis suffragante restituatur: atque rerum nobis à maiorum uestrorum antidora munificentia donatarum, inuestituram officiosè accipiamus: quæ inofficioso consilio & fauore ademptæ fuerant.

FINIS.